



**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas**

**Antverpiæ, M.D.C XXX III.**

S. Severvs C. 15. Februarii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

B:  
in  
x-  
is,  
u-  
n-  
  
br.  
n-  
dei  
ne-  
ea  
esse  
us,  
orū  
di-  
n-  
se-  
Su-  
tes  
ata  
ap-  
qui  
ra à  
am  
ne-  
ani-  
mē  
tres  
im-  
um  
let;  
hoc

15. FEB. *Vitæ Sanctorum.* 107  
hoc indice urnam; in urnâ capita ter-  
gemina. Hic vero vindictam clamanti  
SIGEFRIDO, *vindicabit*, è capitibus  
unum respondit. Mox altero quando  
nam? roganti, tertium caput, *in filios si-  
liorum*, subjecit. His aliisque prodigiis  
illustris SIGEFRIDVS tumulum acce-  
pit in templo, quod Vexione Angelo-  
rum jussu exædificarat. Nunc inter An-  
glos Angelosque quam raru commer-  
cium? quam magnu, ô Magne Gregori,  
discrimen? Ex vit. Aquilon. Ioan. Vastovii.

S. SEVERVS C. 15. Februarii.

Et quod in Sacerdote SEVERO spe-  
culentur ii, non animarum, sed rem  
suam qui curant. Sacram ædem, & in  
hac, ne Marianum fuisse dubites, VIR-  
GINIS aram curabat SEVERVS, vitæ  
integritate, & miraculis multum illu-  
stris. Forte putandis vitib[us] insiste-  
bat, cum supervenit, qui ægrum, nescio  
quem, opem efflagitare ultimam nun-  
tiat: cæterum sacris inunitum non ab-  
horreve ab ultimâ luctâ. Respondet  
SEVERVS, & affuturum se illico  
spondet. Ut tamen operi finem impo-  
nat (perpanillum supererat) moram  
aliquantulam facit. Inde celeri gressu  
dum ad moriturū contendit, ecce mor-  
tuum audit. Hic enim verò palam SE-  
VERVS se incusare, vineâ suam ut cu-  
raret, Domini vineam neglexisse, morte  
crude-

108. *Vita Sanctorum.* 16.FEB  
crudeliorē se fuisse: illam corpus per-  
emisse, sese animi latronem esse. Igitur  
funeri affusus non priūs à precibus la-  
cramisque , quām à morte defunctus  
surrexit. Et narravit hic jam sē ad ignea  
& tenebris infesta loca abductum pœ-  
nas ultimas daturum fuisse , nisi Ephē-  
bus intercessisset candore insignis , la-  
cramisque donatum SEVERI tantisper  
nuntiasset , dum noxas animi expiaret.  
Expiavit igitur has , & septimo post die  
feliciū obiit. Quid hīc illi, quos mori-  
turi non ē vineā, sed vini tabernā vo-  
cant, & sāpe heu! frustra vocant , qui  
tamen ab inferis revocare animos non  
possunt , sequi possunt ? Ex Dialog. S.  
Greg. l. 1.c. 12.

S. NICEPHORVS MART.  
16. Februarii.

NICEPHORVM Martyrē dicimus.  
Si iræ non cedis, Lector, martyrem  
alterū te dicimus. Fuit NICEPHORO  
familiaritas cum Sapritio Sacerdote à  
teneris contracta. Ea cum pueris cres-  
cere , adolescere cum adolescentibus  
visa , demum prater spem omnium in  
fatale odium vertit. NICEPHORVS  
quòd minus fellis animo gerebat , &  
majestati Sacerdotum oppidò faveret,  
de resarcendâ amicitiâ cogitare, eaqué  
super re per internūtios agere. Sed au-  
res Sapritii ira obsessas tenebat. Intereā  
gravis